



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 43. Fratres Minores in Germania.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66406)

§. XLIII.

Sæcul. XIII,
A.C. 1221.

Fratres Minores in Germania.

Sancto Francisco hoc anno Capitulum Generale ad Festum Pentecostes, die trigesima Maji, celebrante, Minister Generalis subrogandus erat Petro Catanensi, Assisi die decima Martii vita functo; cumque S. Franciscus Deum consulisset, credidit, divinam voluntatem sibi innuere, ut Fratrem Eliam secundo ad hunc gradum eveheret, quod etiam effectum dedit. In hoc Capitulo antequam Fratres dimitteret, Franciscus pedibus Eliæ assidens, prehensa ejus tunica, quid vellet secreto significavit. Tumque Elias surgens ad totam Congregationem dixit: *Fratres mei, dicam quid cupiat Frater.* (ita enim simpliciter S. Franciscum ob Magisterii excellentiam appellabant) *Datur Regio (Germania) quorum incolæ Christiani sunt & Deo devoti. Hi per patriam nostram commigrant, ut scitis, longos scipiones in manibus & amplas ocreas in pedibus gerentes. Solis ardentis patientes sunt, quod ex sudore diffluente cognoscitur, atque ad Sanctorum limina pie pergentes, Laudes Dei & Cælitum decantant. Sæpius ex Fratribus nostris aliquos ad banc Gentem misi, qui male affecti redierunt. Quare neminem ad illuc proficiscendum cogo, sed*

Vadi. 1221.
n. 3. 4.

7. 3. 5

8. 2

Sæcul. XIII. *sed si quis amore divinae Gloriæ & salutis animarum motus hoc iter suscipiat, ei tantum obedientiæ meritum, atque etiam amplius promitto, quantum, si cum sacris militibus mare transmitteret, acquireret.*

A. C. 1221.

n. 6. 7.

n. 8.

Illico Fratres ferme nonaginta se se obtulerunt, ad obeundam hanc Missionem, quam tanquam Martyrii occasionem amplectebantur. Iisque Præpositus datus est, ac in Germania Minister, Frater Cæsarius, Spiræ natus, haud diu ante Fratris Eliæ prædicatione conversus, vir magna caritate, ac prius in Saeculo eloquentissimus Orator. Is ex omnibus, qui se Missioni Germanicæ operam duros promittebant, haud plures quam viginti septem Fratres, Clericos duodecim & Laicos quindecim delectos, trinos deinde aut quaternos in diversa sparsit. Cum ad Festum S. Michaelis Tridentum pervenissent, eis Episcopus per dies quindecim omnia subsidia necessaria pio affectu præbuit. Ubi vero per valles inter continua montium juga iter faciendum fuit, multa a ferocibus indigenis passi, non nunquam silvestribus pomis, si quæ sponte nascuntia in arboribus invenissent, vires utcumque reficere coacti sunt. Tandem Augustam Vindelicorum evadunt, ubi ab Episcopo, Clericis & toto populo magna

gna devotione suscipiuntur. Ibidem ad Sæcul. XIII.
 Festum S. Galli, nempe diem decimam A. C. 1221.
 sextam Octobris, Cæsarius, primo Ca-
 pitulo Generali in Germania cum tri-
 ginta ferme Fratribus celebrato, eosdem
 in varias vastissimæ Regionis provincias
 dimisit.

§. XLIV.

Martyres Septenses.

Sub idem tempus, ut conijcere est, Da-
 niel Minister in Calabria a Fratre E-
 lia licentiam, cum sex aliis Fratribus Sa-
 muele, Domno seu Domnulo, Angelo, *Sur. 13. Off.*
 Leone, Nicolao & Hugolino ad Sarace-
 nos migrandi, iisque Fidem prædicandi *Vad. 1221.*
 obtinuit. Ergo in portu quodam Thu-
 seie navem conscendunt, & Tarraco-
 nam appellantur, unde Septam*, *n. 36.*
 proximam in illo freto Africae urbem, tra-
 jicere statuunt. Prior illuc navigavit
 Daniel cum tribus aliis, quia gubernator
 plures devehere detrectaverat. Ad il-
 lam oram expositi, extra urbem in quo-
 dam pago commorati sunt, ubi merca-
 tores Pisani, Genuenses, & Massilienses
 diversabantur, quippe, nisi licentiam a
 Præfecto impetrassent, Christianis ur-
 bem intrare non permittebatur.

* Centa

Interim vero Fratres quatuor Mino-
 res his mercatoribus Verbum Dei præ-
 dicabant, præstolantes socios suos, qui
 die